



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Porro dominus excitauit uentum uehementem super mare, ortaue est tempestas magna in mari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

quomodo præceptum hoc, cum eo loco quadraret, quo antehac dixerat, in Isaac uocabitur tibi semen. Nam si diu moras neſtere & interrogare uoluiffet erraſſet, ac tandem ad inobedientiam prolapsus fuiſſet, ſicuti Ionæ hic accidit, qui dum cum Iſraële Nineuen comparat, ac diu circumſpiat ad inobedientiam proruit, Sin ita ſimpliciter cogitaſſet, Quid tibi curæ, quod Deus Iſraelem legibus & uera religione dotarit, Nineuitas uero indotatos reliquerit? at tamen utrinque gratiam ſuam effundere poteſt, nec Iſraëli propter ſuam religionem plus fauere, nec Nineuitis, quod nullum Dei ueri cultum haberent, minus fauere, quid ad te? quod Iſraëli talia committat, alijs non item. Quis que ſua curet, gratia ſuum nihilominus cur ſum tenebit, & ſup eos qui operantur & ſup eos qui non operantur, ut Pau. Ro. 4. docet, Ecce hoc pacto cum Abrahamo, dei imperio gerere potuiſſet morem.

Porro dominus excitauit uentum uehementem ſuper mare, orta que eſt tempeſtas magna in mari.

Ob unius admiſſum, alij omnes hic poenam luunt, Ionæ enim cauſſa tanta tempeſtas oritur, Hoc ne æquum eſt, ut alter coram deo, alterius cauſſa damnū  
patiatur



## ANNOTATIONES

*patiatar? Enimvero, Deus iniustus esse non potest, nec iniustum quicquam agere, quicquid etiam agat neque enim nostrum est illi ferre legem, aut normam prescribere, aut mandatum dare, Vbi uero lex esse non potest, illic nec mandato relictus est ullus locus. At quanquam propter Ionam tempestas exata sit, ut ipse item fatetur, nec illi tamen, qui in naui erant, peccatis & culpa carebant, quibus coram Deo, & mortem & nihil non animaduersionis meruerant. Ecquis enim a peccatis liber aut inculpatus est? quare & eos una cum Iona corripit, tametsi Iona, suo cum scelere in caussa sit. Quinetiam repentinam fuisse procellam necesse est, quae de improviso accelerarit, quom textus dicat, magnum uentum in mare a deo proiectum esse, Sic enim in hebræo sonat, quod Deus ita peruenire uentum permiserit, ac si impetus in mare deijceret aut precipitaret, qd' homines illicet obseruarint, eam tempestatem non coortam esse natura, unde & sine dubitatione colligunt, ob alicuius eam delicta fieri, iam & Iona se tantummodo peccati presentiebat.*

Itaque gubernatores timuerunt,  
 & clamauerunt, quisque ad Deum  
 suum.

Vides